Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanea Wirtembergensia, lat.-dt. - Cod. Güntersthal 11

Rüttel, Andreas
Rüttel, Andreas

[Stuttgart u.a.], [1550-1575]

Epitaphia

urn:nbn:de:bsz:31-162504

Visual Library

Petrus Paulus Vergerius olim Episcopus Iustinopolitanus
propter Euangelion Christi Exul ex hac vita migravit ad
superos Tubingae ubi in Sacello Universitatis ad D.
Georgium sepultus quiescit, cum vixisset annos. LXV.
An. Christi M.D. LXV. mens. 8b.

Epitaphium.

Hac ego sum Petrus Paulus cognomine gaudens
Vergerij, sancta contumulatus humo.
Qui Iustinopoli venerandus Episcopus olim,
Legatus Papae regna per ampla fui
Hoc tamen abiecto, mundus quem quaerit honorem
Cum vera amplexus sum pietate fidem
Sic volui potius, finis Exul in orbe vagari
Quam praesul patrijs impius esse locis
Petrus eram primo, quia te bone Christe negabam
Petrus eram pascens, post tibi Christe gregem.
Paulus eram, quia te contra bone Christe fremebam
Paulus eram pro te Christe ferendo crucem
Vergerius merito Vergens dicebar ad orcum
Vergerius Vergens dicar ad astra poli.

Quisquis es, in meritum Christi qui fidis ad urnam
Accedens nostram talia vota feras.

VergerIVs fVerat qVI CLarVs epIsCopVs oLIM
EX IVstInopoLI VIVat In arCe poLI.
Ex Iustinipoli Tubingam postea ad orcum

Pius eius nominis IV. Pontifex Romanus. Natus Anno MD.I. die XXV. mensis Decembris. Ob. An. MD.LXV. die IX. mensis Decemb. Vixit An. LXIV. minus diebus XVII. Epitaphium eius tale extat

Cana pii paulis ossa laCunar saCra talis et optat
Urbs sibi contingat nec pietate Minor.
Septima ut electus, post annos sex fere eadem
Hora obijt et noctis, bis minus octo dies
Natalis Domini dedit hunc, eius quoque mensis
Nona abit ad superos, mens pia carpit iter.

Ob. Ad horam septimam vespertinam. Romae.

Ex orat. funebri. Ioan. Sechelio D. autore.

Maria Badensis marchionissa Caroli ex Cunegunda Brandenburgensi M. filia, Alberti unica soror nascitur Phorcae An. M.D.LII.

Cunegunda mater Mariae cum statuisset cum sorore Ambergam proficisci sed certas ob causas ex praescripto sumptu nondum confecto reditum pararet ad XX. mensis Februarij diem propter lassitudinem corporis quam ex itineris longinquitate contraxisse putabatur incidit in morbum vix periculosissimum, quo tandem in eadem superiori civitate ad tempus matutinum, quartam et quintam intra horam, atque placidissime sine ulla aut oris aut oculorum deformitate animam exhalavit die XXVII. Februarij An. M.D.LVIII. Superstitib. Maria et Alberto liberis. Corpus eius Bamminda Phorzenam ducitur ubi prope fratris Alberti tumulum quo decet christianos ritu, terrae mandatur. Animam sanctorum in Coelis consortio, et beatitudine, perfrui, citra dubitationem credendum est. Qui .n. et pie vivunt, et solius christi merito confidunt, atque ea in spe et fiducia ad vitae usque finem perseverant, eos ex sacrosanctis verbi divini oraculis haud dubie beatos pronunciare licet.

Epitaphium.

Hac requiescit humo Kunigundis foemina princeps
Brandenoburgiacae foemina clara domus.
Carolus antiquae Badensis marchio gentis
Coniugij iusta lege maritus erat.
Illa virum bina pridem iam prole parentem
Fecerat in sexus conditione pari.
Digna mori nondum fuerat, nec forma, nec aetas
Mens bene docta diu vivere digna fuit.

325.

In matura tamen teneris mors ſuſtulit illam
  Qua moritur ſtringens peſte Catarrhus erat.
Vt fuit in vitis verae pietatis amatrix
  Eſtque fidem factis teſtificata ſuis:
Sic vitam merito Christi confiſa, reliquit,
  Et clauſit placidis lumina feſſa modis
Spiritus ad ſummi loca ſancta volauit Olympi
  Conditur moeſto membra caduca rogo.

Epitaph. eiuſdem principis
Coniugis. Nomen, obitus
Annum, menſem, diem, hora
et locum denique continens.

Siste ingrediens feſſis des membris, opto quietem,
  Chare viator, ut hec carmina pauca legas
Nominis huius qualis multo ſit pulchrior iſta
  Foemina, quam ſimilem vix habet illa ſibi)
Carolus hanc voluit Badanus marchio nuptam
  Hos inter chari vincula ſuave thori
Anno Ferdinandus ſummos quo cepit honores
  Atque Cani toto Caeſar in orbe notus
Ter ſeptem cum ſex ex lapſis vixo diebus
  Menſis, quo ſolvit Februa Roma dijs:
Quartam poſt horam, Titan quo tempore ſurgit
  Quo Phaeton currum, currus et ipſe parat
Suevorum Primae nomine hec iura reliquit
  Coeleſtisque ſubijt Kunigunda patris.
Corpus enim tellus, ſed ſpiritus aſtra tenebit,
  Dum veniant iuſti tempora iudicij.
Funde pias igitur voces, et pectore vota
  Dicens aeternum, nunc Kunigunda vale.

Distichon numerale, quod
menſis, Dominicae, nonae
cum mortis loco et anno
complectitur

Chara fui Carli Pforzenae principis vxor,
Februa lux Gmunnae ſuſtulit alba piè.

Aliud.

Februa te ſoluunt ter cinthius atq[ue] nouenus
Gmunnae, que viuis Caelica in arce patris.

Aliud.

Suauiter hic parua corpus ſub mole quieſcit,
Ipſius ut verè ſpiritus astra colat.

Annus Menſis Dies Locus	Obitus Marchioniſsae.	M.D.Lviii. Februarius XXVII. Dnica. Gmunna Sueuica.

Pincernae de Limpurg

In Monasterio monialium
Liechtenstern tale legitur
Epitaphium.

Hoc sub lapide iacet Domina Agnes de Helfenstein
cum filijs suis Walth. et Conrado pincernis de Limp.



Anno Domini MCCC.V VI. Id. Maij obijt fraw Yta
Schenckin zu Limpurg geboren von Warnsperg.
Anno Dni. MCCC.V. an dem tag Gordiani und
Epimachij starb fraw Yta Schenckin zu Limpurg
geboren von Warnsperg.

Anno Domini MCCC.XL. starb fraw Bertha
Schenckin von Limpurg Graffin von Düren.



Anno Dnj MCCC.LXXXI In die Kiliani obijt
fraw Bertha Schenckin von Limpurg geborne
Graffin von Truhendingen.



Anno. Dni MCCCC.   Christoffel Herr zu
Limpurg des Romischen Reichs Erbschenck starb.



Albrecht Herr zu Limpurg des Romischen Reichs
Erbschenck und semperfrey starb In dem Jar
MCCCC.

Pincernae de Limpurg.



Anno Dni MCCCCXVI. In die S. Martini obijt Fridericus baro in Limpurg Canonicus Herbipo-lensis Bambergen. Patavien. Ecclesiarum.

Anno domini MCCCCXXXI. In die visitationis Mariae Virginis obijt Georgius Baro in Limpurg miles in bello Lutharingiae.



Joannes Herr zu Limpurg thumbherr zu Bamberg vnnd wurtzpurg starb Anno domini M.D.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg